VIRGILIANA QUEÆSTIO, PER FRANCISCUM CAMPANUM COLLENSEM

Francesco Campana

VIRGILIANA

Quæstio, Per Fran=
ciscum Campa
num Col
lēsem.

HERCVLI GONZAGAE MARCHIONI electo Mantuano: maxime reuerēdo atq; illustri Franciscus Campanus. S. D.

HOmeri uirtutes apud græcos/Hercules Gonzaga/qđ tu minime ignoras/tā cognitę multis sunt: ꝙ nota apud oēs gētes gloria: quod eoꝝ: qui poetaꝝ ptractationi præfuerunt/labore potissimū ac diligētia factū ē: qui nō mediocrē in eruēdis illis/curam cogitationēq; posuerunt: quos enumerare quidē magnū esset: ita fuerūt multi: celeberrimi uero (sicut accœpim⁹) Aristarchus atq; Zenodotus. Nō parū tñ (mitto antiqores illos de quibus Plato meminit in Ione: necnō & Anaxagorā: Phalereū Demetriū: Pōticū Heraclidē: Antisthenē: Zenonē: aliosq; eoꝝ similes:) & Plato ipse atq; Aristoteles aliiq; philosophi nō paꝝ multi: & hi ꝗdē magni atq; nobiles: īsignes illas manifestasq; scriptis suis fecerūt: Homero aūt tuo: īmo nro potius/Mātuano: lōge aliter accidisse uideť: licet.n. cōmētarioꝝ in eum scriptores ex antiqorib⁹ memorare satis multos possumus: nō indoctos sane plerosq; / uel Gellio ipso teste/neq; ignobiles: nec numero tñ: nec ui uirtutis atq; ingenii fortasse cū græcis illis cōferēdos. Plures uero melius Aristotele teste/iudicāt & in musica: & ī poetaꝝ operibus: alius.n. (inquit) aliud: & cuncti cūcta discernūt: Poetarūq; uirtutes (de bonis loquor: & iis quos Plato diuinos tātū uocat) ingeniis quidem eruuntur ad eas eliciēdas acutis atq; acrib⁹: ut ꝙ uerissime dici posse uideatur. P. Virgilii notam eē gloriam: uirtutes in

multis lucē īterpretis desiderare. Est.n. summus Poeta pfecto tāq̄. M. Tullii illa de Oratore libro primo: locuplex ac referta domus: nō explicata ueste: neq; proposito argēto: neq; tabulis & signis propalam collocatis: sed his omnib9 multis magnificisq; rebus cōstructis ac recōditis. Quare proferēdæ in lucem atq; explicādæ illius diuitiæ sunt: copiaq; ornamētorum huiusmodi nō per quædā inuolucra atq; integumenta strictim aspiciēda: sed contēplanda diligenter: planeq; noscēda ac uidenda est: ne aut ea probemus quę (ut in rhetoricis ad Herēnium scriptū legimus) nonītelligamus quare cōmori probemus: neue (quod plerisq; ut Fabius inquit accidit) damnemus quæ nō intelligimus. Ego uero etsi tātum non cōmunium litterarū: & politioris humanitatis expers: ita parū & arte & īgenio ualeo: ut nihil in medium afferre: præter bonā uolūtatem possim: adeoq; et occupata opera: & impedito animo sum ut minimū adhibere quoq; diligētiæ ualeam: cū subsiciua tamen (inquit Cicero) quædam tempora incurrāt quæ perire nō patior: (eripitur autem ex summis etiam occupationibus aliquid) Virgilianarum quęstionum libellum nō pridē scribere aggressus sum: cuiusmodi fere titulo in Homerū ipsum Aristotelem plures scripsisse libros Diogeni Laertio credimus: Porphyrium autem Philosophum uidemus: ut tametsi nequaq̄ parem illius ingenio: (mutuabor. M. Tullii uerba) at pro nostro tamen studio meritā gratiam debitamq; referrē: excitarēq; ætatis nostrę homines saltem ad Poetarum principis

uirtutes studiose exquirẽdas: quas magni uiri sit (ut de Homero Fabius inquit) nõ æmulatione: quod fieri nõ potest/sed intellectu sequi/& quasi uiam illis ad inuidos eius uituperatores cõfutandos: & beneuolos, obiurgatores placãdos aperirem. Quæstionem tamẽ unã interim emittere cum statuissem: & quod habet bene lõgam disputationẽ: & ut aliquod studiosis darem/qualecũq; est/iudicii ac instituti mei testimoniũ: dicãdam potissimũ tibi putaui: & ut tui me: ac. P. Virgilii ciuis tui amãtissimum ac studiosissimum esse cognosceres: cum præsertim Fanensi huic præsuli meo familię uestrę/plurimis maximisq; de causis/amicissimo facturum me rẽ gratissimam ĩtelligerem: & quod te huius etiam rei profecto ęquissimum ęstimatorem ac iudicem habiturum me esse cõfido. Accedit quod nũq̃ intermittis studia doctrinæ: in omnibusq; ingenuis artibus ita uersaris ut excellas: iã quãtum illud est: quod mirifice ingeniis excellẽtibus delectaris: & de doctis uiris omnibus benemereri nũq̃ desistis! Tota uero disputatio sup duobus illis & uiginti uersib⁹ est: qui iã inde ab ipsius Poetæ decessu sublati a/Tuc ca (ut aiũt) Varoq; ex libro secũdo fuerunt: quos nõ tãtum nullo pacto deesse nos: sed percõmode & cum dignitate adesse posse: cõtra non correctorum ipsorũ modo: sed criticorum grãmaticorumq; omnium qui fuerũt post: doctiorũq; multorum qui solẽt interdũ hæc animaduertere opinionẽ ac iudiciũ probare contendimus. Vale Kal. Februarias Bononiæ.

VIRGILIANA QVAESTIO PER FRANCI
ſcum Campanum Collenſem.

Vtrum duo illi & uiginti uerſus/qui libro Aeneidos ſe
cũdo ſunt. Iamq; adeo ſuper unus eram/& cætera : a
Poetis Tucca Varoq; Virgiliái opis correctorib9/exi
médi fuerit nec ne: quoniá lóge aliter de re eadé poe
ta ſúmus Deiphobi ore tradidiſſe libro ſexto uideaẽ.

CAPTO AB ACHIVIS ILIO: LI-
gnei/ut poetarum cóſenſus eſt/equi dolo:
nocte illa quæ æternas urbi tenebras attu
lit: ubi uiſa atq; inuenta fuerit Helena: cu-
ius recuperandæ cauſa tantum cócitatum
eſt bellũ. P. Virgilius diuerſis in locis adeo nó diuer-
ſa modo: ſed cõtraria ſibi ipſi tradidiſſe uiſus é : ut a
Plocio Tucca. L. Varoq;/quos Aeneidos libros emé
daſſe conſtans fama eſt/multos ex libro ſecundo uer
ſus ea de cauſa fuiſſe ſublatos/ nónulli ueterú grãma
ticorum ſcriptum nobis reliquerint: in quibus. ſ. Ae-
neas/Helenam in Priami regia a ſe uiſam/dicere uide
ri pót/poſteaq̃ a gręcis capta: direpta: ícéſaq; fuiſſet:
Regeq; ipſo ét hoſtili iá manu interépto: ubi ad ueſtę
limina & Menelai: & alioꝝ gręcoꝝ pariter & troianoꝝ
iras pmetués cóſugiſſet. Huius aút rei & cóméto Ae
neidos ſecúdo: & in Poetæ uita/ quá cómétariis ſuis
prępoſuit: Seruius grãmaticus auctor é: quo factú ar
bitror : ut nónulli nr̃æ ac ſupioris ætatis uiri lr̃ati / ac
ſtudiis doctriniſq; dediti: cæteriq; oés iſti/ q̃ in ueteꝝ
auctoꝝ libris emédádis annotádiſq; / ſtudiú / operá

atq; curā suā/collocarūt: duos & uiginti uersus ex libro secundo illos expungendos pœnitus: eliminandosq; ex opere cēsuerint: quasi & Poeta si uita suppetiisset/exēptur⁹ ipse fuerit. Mihi uero totū locū q̄ maxime intētis oculis (ut aiūt) acerrime cōsideranti: sublatis illis uersib⁹: nescio qd ineruditū: cōfusum/impfectūq; relinqui uī: & oīno aliqd desiderari. Veneris.n. „uerba ad Aenean sunt. Nate: qs indomitas tātus do„lor excitat iras? Quid furis? aut quo nā nři tibi cura re„cessit? Nō pri⁹ aspicies? & reliqua grauiter & pręclare. „ad qd igiť referēdū illud esse dici pōt. Quis indomi„tas tantus dolor excitat iras? si amoueatur. Exarsere „ignes aīo: subit ira cadētē. Vlcisci priam/& sceleratas „sumere pęnas? Ad qd itē & illud. Nō tibi Tyndaridis „facies inuisa Lacænę. Has euertit opes: si illud nō ac„ciderit. Tacitā secreta in sede latētē Tyndarida aspi„cio? Cur & illud ore prius Poetę dictū. Dextraq; pre„hensum cōtinuit: nisi Aeneas dixerit ante. Et furiata mēte ferebar tametsi qd Tyb. Donat⁹ dicat nō ignoramus: solus ipse.n. sic locū interpretať q̄si uersus illi abesse & possint & debeāt: cæteri uero oēs: ut eximi debere fateanť qdē: uix posse tñ ostēdāt: de quo posterius dicemus. Ira aūt morsum doloris efficit teste Ari„stotele: uñ illud. Tātus dolor: ea uero si exarsit acri⁹, furor appellať/inqt Seneca: ex quo seqť. Quid furis? quēadmodū & ad Neptunū Ven⁹ lib. v. cū dixisset. „Iunonis grauis ira: addidit: Cās tāti sciat illa furoris: unde & furēter irasci inqt Cicero: ad Atticum lib. vi. Ira uero ipsa: nō timorē & pīculū ostēdit: sed cōtēptū

ac despicationem: iniuriã: contumeliam: damnum: &
cætera de genere eodem: quæ iræ efficiẽtia sunt: ut in
Aethicis ac Rhetoricis ab Aristotele scriptum legi-
mus. Quod si duos illos & uiginti tolli uersus pati-
mur: unde hæc Aeneæ ira subito? unde hic furor exti
,, terit? ea. n. quæ præcedunt uerba (ni fallor). At me
,, tum primũ sæuus circũstetit horror. Obstupui: & cæ
tera: longe aliter innuere uidẽtur. Aeneã. s. (nec nulla
de causa ꝑfecto) in illo ipso acerbissimo miserrimoq;
spectaculo: metu uehementer exhorruisse: itaq; dubi
tans: circũspectans: hesitãs / socios statim ipsos requi
siuit: a / quibus cum derelictum se uideret: augeri me-
rito etiam timor potuit. Illud ergo quod dicitur. De
seruere omnes: nequaq̃ tantum illum Aeneæ dolorẽ
obiecisse dici potest: ut furere magis q̃ irasci uideat:
quin timorem terroremq; potius auxisse: ut Venus ip
sa ꝑfecto. Quid perterritus es nate? Quid times? cur
exhorruisti? potius dicere: q̃ quid tantum doles: ira-
sceris: furisq;? debuerit: quo illum non ex iracũdia ad
mansuetudinem reuocaret: sed deduceret perterritũ
a timore. Nisi forte simile ueri sit Aeneam / solum ibi
eo tempore relictum: cum se cateruis hostiũ circũfu-
sum uideret / contra ipsos græcorum principes / incen
sum inflãmatũq; fuisse: qđ Donatus fortasse putarit
,, inquiẽs. Hoc. n. genere potuit inhibere uiri fortis im
,, petum: & incitatos animos frangere: inania uacuaq;
sectantes. At audire Aristotelis uocem tamẽ uideor:
qui rhetoricon ad Theodecten libro primo: nemo il
,, lis (inquit) quos ulcisci non posse putet irascitur: illis
etiam

„etiam qui potentia exuperant: aut nequaq̃ irascunt: aut certe minus. quare irasci quoq; iucundum: pp ipsam. s. ultiõis spem eẽ affirmat: uñ Homerus recte ẽt
„de ira dixerit ὥστε πολύ γλυκύων μέλιτοσ κα-
„ταλειβομένοιο ἀνδρῶν ἐν στήθεσιν ἀέξεται.
Irascitur ergo non qui ulcisci modo concupiscit: sed qui se etiam posse sperat: & iratus. n. quæ a se fieri possint appetit: ut idem secũdo libro docet: quare, uel ex hoc tãtum, in Helenã ipsam profecto eo tempore incensum inflãmatũq; Aeneam, ut dicamus prorsus necesse est: & præsentem illam quidem non absentem: atq; ita præsentem: ut non uidere eam modo: sed punire atq; ulcisci potuerit: ut certa quoq; & propria satio sit: quæ ab Venere adhibetur ipsa cũ ait. Nõ ti-
„natio sit: quæ ab Venere adhibetur ipsa cũ ait. Nõ ti-
„bi Tyndaridis facies inuisa Lacænę: dictura alioqui: non Agamemnon: non Pyrrhus: non Vlysses: non Menelaus: & græcorum alii: qui ad Priami domũ eo tempore pugnabant. Concedamus igitur Aeneã ipsum, causam qua ex horrore quodã & timore, in irã atq; adeo furorem istum potius, repente proruperit atq; exarserit, non dixisse: nõne ex Veneris ipsius uerbis: quæ Aeneæ certe motũ atq; impetum quo pertineret intelligebat: super Helena illũ eo cõmotũ tempore intelligimus? cuius forma tanta miseriarum incẽdia excitauerat: adeo ut stupiditatem omnẽ (antiquo uerbo utar) timorẽq; (hoc. n. irati proprium est) & curam, parentis: uxoris: filii: familiæ deniq; omnis, post posuerit atq; adeo abiecerit? uñ illud quoq; Veneris ẽ.
„Quo nostri tibi cura recessit? quasi dicat quæ tibi in

„ mentem modo uenerat: dixerat. n. ille. Subiit cari ge
nitoris imago: & quae sequuntur: locus. n. notus est.
Quemadmodum igitur nequaq̃ simile ueri uidetur:
de Helena ipsa Venerem dicturam eo quicq̃ tempo-
re fuisse: nisi momento illo tẽporis super ipsa Aeneas
aliquid male moliret̃ aut cogitaret. fuisset. n. alioqui
non petita quędam (ut dicitur) excusatio / illa de qua
„ Donatus ait: ea propter Helenam excusasse: ut se ip-
„ sam etiam eodẽ tempore excusaret: cui talia quoq; di
„ ci possent: ut hęc pateremur tu fecisti: ita neq; Aeneã
tantas super Helena concepturum iras: nisi sic laten-
tem eam offendisset: cuius illo insperato aspectu / su-
bito cõmotus: itaq; incensus sit: quae cuncta statim il
„ li suggesserit quae ait ipse. Scilicet haec spartam: & to
tus demum locus ille: in quo contemptio & despiciẽ
tia ostenditur: & iniuria & damnum: quae irae ipsius /
ut iam diximus / effectricia sunt. Vere igitur ira incita
tus Aeneas / effrenatius in illam inuasurus / rapiebat̃:
nisi tempestiue Venus apparuisset: quae non alia de
causa manu ipsum prehendit ac tenuit. Quibus qui
dem rationibus aptissime colligi posse mihi uidetur:
etiam si aliquo errore poetae / repugnantia haec cõtin
gere uideatur: (cui ne ipse quidem rei assentior:) eam
tñ plagam potius accipiendam: q̃ uersibus huiusmo
di resecatis / totum locum inquinandum esse: contra-
dictio. n. ipsa aliquid habet disputationis: hoc ue-
ro tolerabile non est. Quantum autem ad Tuccam
ipsum spectat Varumq;: haudquaq̃ hosce equidem
uersus amouisse eos puto: sed id pro comodo com-

mentos ueteres sibi esse grāmaticos: qui quæstionis
huiusmodi solutionē oēm desperassent. Quēadmo-
dum.n.(Plutarchus inquit)in orbis situ describēdo-
historici solent:ut quæ cognoscere ipsi nequeunt:ex
tremis tabularum partibus supprimant: quosdam lo
cos esse uastos adicientes: quod aut frigore rigeant:
aut urantur calore:aut insuperabiles impendentium
montium altitudines:aut conglaciatum frigoribus
pontū:ita ueteres mihi grāmatici uident̃: quæ intel-
lectu maiora in.P. Virgilio sunt: q̃ quo nostrorum
ingenioꝝ acies intueri possit:in enodabilia:in intelli-
gibilia esse tradidisse:aut emendata ab aliis:aut ab ip
so/nisi mors occupasset:emendanda: cum tñ in qui-
busdam aliis huiusmodi/constet illos esse mentitos:
ut auctor uitæ Virgilii:quæ Donati nomine circun-
fertur:cum librorum inquit ordinem/ ab iisdem cor-
rectoribus fuisse mutatum:quo/quid ē quod magis
præpostere:magis incōdite:magis inerudite: minus
uerisimile credibileq; / dici aut excogitari potuerit?
Sed occurrit illud quoq;:uersus ipsos ī multis æditio
nibus nō reperiri:quę tñ/si grāmaticis iis qui hoc tra
didere posteriores fuerunt: contemno earum fidem:
quippe quæ ab ipsis exemplum atq; auctoritatem ac
cœperint:si uero antiquiores & nihil moueor: quia
pauciores tales existūt:nec meliores:&alioq nihil mi
ror:quoniā.s.id nō in Virgilii codicib9 solū: sed Te
rētii quoq;(ut Donatus ipse testat̃)īterdū:& cæteris/
magnę auctoritatis ueterib9poetis/euenire cōsueuit.
Cū tñ satis cōstet plerosq; / in qbus illi minime repe-

riuntur/codices: qui nunc pro antiquissimis & quasi archetypis habent: iis fuisse/qui hoc tradidere/ grammaticis posteriores: quandoquidem eorũ linguæ secretionis: uocũq; minus usitatarũ/ interpraetationes/ quas gręci γλώσσαισ uocant/in illos/sane q̃ inuenuste ineptеq; tralatæ sępissime reperiuntur/quod & isti quidem qui sunt in illa priore sententia confitentur. Et tñ hoc dubium nõ est: qui Longobardicis literis scripti sunt codices: eos pro antiquissimis & haberi; ab huiusmodi correctoribus citari: uideant igitur ii: quanto &. V. Donatus: &. M. Seruius: qui ultimi ex antiquioribus cõmentaria in Virgilium composuerunt: Lõgobardis posteriores extiterunt: mihi. n. floruisse uel multo ante uident: Donatus imprimis: qui diui Hyeronimi præceptor fuerit. Concedamus tamen hoc Poetarum Tuccæ Variq; præiudiciũ extitisse: in quorum sententiam non poetarum iudices & grãmatici modo post: sed librarii quoq; ipsi transierint: non tñ ii tãtum ipsis fidei adhibendum censent: ut quattuor illos ex principio poematis uersus tollendos putent: qui sunt. Ille ego qui quondam & cætera: licet ab eisdẽ pariter improbatos: Poetę ipsius alio qui iudicium in hoc/Tuccæ Variq;: & criticorum/literatorumq; omnium iudicio: præferẽtes: quasi damnandum non fuerit ab illis: quod ipse nequaq̃ improbasset. Cur igitr̃ in hoc & plus Virgilii correctoribus tribuunt: & minus q̃ in illo/acerrimũ (uel. Quintiliano teste) iudicium: poetæ probant: sed dicent quoniã in his/si ferãtur/manifestus error eius apparet: qui pu

gnantia loqui:atq; inter se contraria uideatur: quasi iis demptis uersibus multo maiorem errorẽ sequi/manifestum non sit. Non tam igiť auctoritas in hoc iã: q̃ rationis momenta quæreñda sunt:neq; id quod correctores huiusmodi uoluerunt aut opinati sunt/ita fixum esse debet:ut conuelli non liceat. Quocirca dicant isti mihi/cur non potius illos ex sexto:q̃ hos ex secundo uersus/Tucca & Varus exemerint?atqui nõ magis librum illum Poeta q̃ secundum emendauit: quin eorum potius quæ a Poetarũ iudicibus culpantur interdũ:maior fere pars in eo notata libro reperiũtur:ut uel hoc argumento uideri possit/errorem (cuiusmodi sit iam uidero)in sexto potius q̃ in secundo fuisse/suspicandum:præsertim quod de illa Helenæ proditione/quæ Deiphobus dicit/ alii poetæ minime tradiderunt:quæ uero Aeneas ait (ut suo loco uidebimus)iis consonant: quæ tradita sunt ab aliis. Quid quod si decem & octo inde uersus eximas / & aliquãto minor erit uersuum iactura:& oratio cohærebit:& nihil supererit aut deficiet:aut in sensu desyderabitur!quod hac parte nequaq̃ accidere/ luce clarius est!hoc modo. s. At me fata mea & scelus exitia„ le Lacænæ. His mersere malis:illa hæc moniměta re„ liquit:ut sequatur statim. Sed te qui uiuum casus. & cætera:tanq̃ multa sint/q̃ in hanc rem de Helena dici possint:referre tñ illa pigeat pudeatq;. Sed .n. finis superioris sententiæ est quasi nondum finitæ:in quã „ tñ plura nõ dicenda uideanť:ut in Sinone. Sed quid „ ego hæc aũt nequiq̃ ingrata reuoluo? quibus quidẽ

& Aeneæ ad omnia responsum erit: & in hoc quid factum sit Deiphobus dicet: non aũt quemadmodum factum fuerit enarrabit: quod eius etiam pudori fortasse cõuenire magis uideatur. Versus autem tã hos q̃ illos eẽ huius poetę: licet negarunt nõnulli: ex his scilicet qui non possunt iudicare: doctiores tamẽ confitentur: & conuincerentur si negarẽt. Sed propterea hos potius emouendos dicunt fuisse q̃ illos: quoniã turpe (ait Seruius) uiro forti cõtra fœminam irasci: ualidissima profecto ratio: qua nõ pulcherrimum locũ modo: sed totum librum iis demptis uersibus cõmaculemus. Quis .n. melius Aenea ipso id intelligit: non cum ex ira tantum ad mãsuetudinem rediisset: ubi rem iam transactam & præteritã multo post Didoni enarrans ait. Talia iactabam & furiata mente ferebar. Sed tũ cum in media hereret ira atq; furore: inquiens. Nãq; & si nullum memorabile nomen Fœminea in pœna est: nec habet uictoria laudẽ. neq;.n. rationem nullo pacto audit ira: tametsi non perfecte quidẽ audit: si Aristoteli credimus: apud quẽ Aethicorum libro septimo in hanc fere sententiam scriptũ legimus: quod quemadmodum ministri qui ueloces sunt: priusq̃ mandatum expleatur ad exequendum pręcurrũt: sed interim uelocitate peccãt: canes quoq; cum strepitum sentiunt: anteq̃ exploratum habeant, sit ne externus aut amicus qui ueniat: irruunt cum latratu: Sic & ira propter calorẽ & naturæ uelocitatẽ ratione quidẽ audit: sed nõ omnino præceptum recte percipiens: ꝓperat in ultionẽ: rõ.n. seu φαντασίαι

quam in latinū uertentes/iuniores imaginationē. M. Cicero. Fabiusq̧/uisum ac uisionē uocāt: cōtemptū uel contumeliā ostendit: ira uero tanq̄ ab ratione cōclusum sit eūdum obuiā esse statim insurgit: unde & incontinentiā eius minus esse q̄ aliaꝶ cupiditatū turpem existimat: quod.n.rōnem(inquit)audit/ minus turpe q̄ id quod nullo modo audit. Ira uero/quomodo rationē ipsam audiat: mire his uersibus/diuinus uere poeta/demonstrat: talia.n.ferme suggerere Aeneæ uidebatur. Scilicet hæc spartā: & cætera: nihil.n. necesse est dicere quæ sequūtur: quibus ira insurgēs statim occurrendū esse affirmat: inquiēs. Nō ita. Sed quia uere Aeneę ipsi dicere ratio potuisset: fœminam aut ulcisci & punire: aut superare ac uincere: nec laudabile: nec gloriosum: neq̧.n.tam difficile profecto: ut decus inde ac nomen qui uicerit consequatᷣ: exaudita quasi uoce rationis ira: nihilominus ulciscendū esse alia ratione affirmat atq̧ concludit inquiēs. Nāq̧ etsi nullum memorabile nomē: nota sunt q̄ sequunẽ si nō laudabor.n.(inquit)in illo qđ fœminā: at laudabor tñ quod scelestam: quod merentem ultus sim: at quod crimen huiusmodi: scelus: ac nephas extinxerim: & si inde decus mihi ac nomen non cōparabo: quod neq̧ magna neq̧ ardua gesserim: at uoluptatē consequar tñ: quod & animo meo: & meorum cineri satisfecerim: habet.n.dolorē ira: qui dulcedine tātū/ quæ ultionem ipsam sequitur/mitigatᷣ. unde Aristoteles quoq̧ Aethicoꝶ libro quarto. Vltio nāq̧ ponit iræ(inquit)modum: pro dolore uoluptatē efficiens.

Permittamus igitur Poetis non tam philosophicam quãdam interdum sapientiã: quae nulla in terris est: q̃ naturae uim ac hominũ uitam & mores effingere: qui non semper: (ut ne philosophi quidem ipsi) fortes ac sapientes existunt: id. n. & Horatius ipse praecipit in arte cum ait.
„ Respicere exemplar uitae: morumq; iubebo.
„ Doctum imitatorem: & ueras hinc ducere uoceš. Dicamusq; Virgilium recte apparere ex improuiso hoc tempore Venerem fecisse: ut Aeneam ab illo quo ferebatur impetu iraeq; furore: a factoq; crudeli & turbulento: ad rationẽ: utile: pium atq; honorificum opus reuocaret: manifeste & in Helenam Troię excidium referendum non esse ostendens: cuiusmodi ipse Priamus quoq; excusationis genere usus est Iliados. iii. de quo Plato (ut opinor) etiam non nihil: & alioqui de suis potius cogitandum: quibus mora nocere omnis poterat. Satis igitur persuasum esse debet: hos sane uersus deesse: quos multa exemplaria non habent. Illud autem grammaticorum commentatiorumq; officium est: quam analogiam graeci partem uocant: siquando Poeta loqui pugnantia uideatur: ea non eximendis uersibus: sed exponendis rationibus concordare: & linum (ut dicitur) lino connectere. Nec sunt. n. multa plerunq;: quę uidentur esse: contraria: nec indecens est interdum a Poeta contraria audire. Prius ergo ut uideamus necesse est an aliquã in his: & cuiusmodi repugnantia existat: deinde utrum ex eo genere uideatur: quę poetico iure defenditur.

ditur. Ad extremum igitur/ post expugnationē do- mus Priami/ atq; illius necem: Aeneas ait: in secreto loco Helenam se/ ad Vestæ. s. limina/ uidisse: tam a Menelao: q̄ cæteris gręcis: atq; ipsis etiam Troianis: metuentem sibi: quippe quæ malorum illorum om- nium causa fuisse uidebatur: quæ ambobus populis tanta cōtigerunt. Deiphobus uero (& Aeneæ quidē ipsi) enarrat Helenam/ suprema illa nocte (nocte. n. extitisse constat id malum) simulatione chori: igne græcis ex arce signum dedisse: Menelaum intra do- mum/ se arctius dormiente/ uocasse: emotis armis om nium generum: atq; ense etiam suo ipsius capiti sub- ducto: hunc uero comite Vlysse ingressum: sic lacera tum eum interfecisse. Quæ quidem nemini dubium pluribus rationibus inter se esse contraria. Cōstat. n. secundum poetam ipsum: quod Deiphobi domus expugnata prius: incēsaq; a græcis est: q̄ Aeneas do mo exiret: dolosq; græcorum agnosceret: quod aper te ostēdit in illo. Iam Deiphobi dedit ampla ruinam Vulcano superante domus. in quo cōsona & Home ro ipsi dicit: quippe qui Odysseæ libro octauo: ubi & de equo/ atq; urbis captæ modo canēs Demodocus/ paucis narrat uersibus: græcos/ principes/ postq̄ ex equo desiluerunt effusos/ alios alio discurrisse urbem miscentes dicit. Vlyssem uero una cum Menelao ad Deiphobi ipsius domum impetum fecisse. ex quo in ter primum tumultum illa & capta & incēsa est. Si in ea igitur Helena iam tum inuenta in potestatem Me nelai peruenerat: ultroq; se illi obtulerat: quomodo in

C

Priami regia multo post ab Aenea ipso uideri potuit celans se: & uirum adhuc ipsum metuens fugiensq;? cur.n. post in domum ipsam Priami aufugisset? cur Menelaum reliquisset? cur de eo quo cum côuenerat diffideret? cur eum fugeret cui se obtulerat ultro? aut quid ab eo metueret amplius: cuius non mentē modo nouerat: sed animū experta iam erat? Illa ergo uehementer repugnant: uocasse ac fugere: timere ac cōfidisse: dubitare ac conuenisse. Sic igitur & Aeneæ & Deiphobi dicta pugnare inter se uidentur: duorum autem contrariorum, alterum ꝑfecto fieri potest, ut neutrum, inquit Cicero: Alterum certe nō potest: ut plus uno uerū sit: uerum.n. unum est: uerisimilia possunt esse multa. Consyderandum igitur utrum uerū: utrū falsum horum existat. uerū aūt duplex est: ut Victorinus rhetoricon cōmento primo docet: nunc id qđ uere gestum est: nunc id quod uere gestum esse quibusdam rationibus approbatur. quod aūt uere gestū in hac re sit quærere extremæ ꝑfecto dementiæ eēt: nam & prorsus ignoratur: & οὐ τὸ τὰ γινόμενα λέγειν τοῦτο ποιητοῦ ἔργον ἐστίν Aristoteles inq̄t in Poetica: neq; uere dictū esse: modo sit comode fictum refert: simile igitur in hoc tantum ueri quęrendum est: & ueri similitudo.n. (ut Strabo inquit) tunc dicit̄ cū quis exquisitā rei alicuius (ut ita loquar) determinationē quærit in Poeta: a qua tā fortasse historia abhorreat: q̄ nullū, Plutarcho teste in Theseo, cū credibili.i. probabili cōmertiū admittat: q̄ ab ipsa historiæ luce ueritateq; poesis. Eiusdē uero uirtutis &

uerisimilis cōsyderationē esse Aristoteles idem in rhetoricis testis est. Cōsyderandū igitur ante omnia: qđ cum uidisse se Helenam Aeneas ait. Didoni rē ipsam refert atq; enarrat: ubi cur ipse aut mētiri hac de re debeat: aut falli possit: nulla prorsus causa & ratio est: uisa a se præsertim: non aūt ab aliis audita enarrans: in
„ eo. n. falli potuit fortasse qđ ait. Mihi fama suprema
„ Nocte tulit/fessum uasta te cede Pelasgū/ Procubuis
„ se super confusæ stragis aceruum. Fama. n. & falsa re
„ ferre pōt: unde alibi. Nec iam fama mali tanti: sed cer
„ tior auctor Aduolat Aeneæ: quasi incertus auctor ipsa sit fama: in hoc uero ipso nequaq̄: in quo oculatus ille (Plautino uerbo utar) testis extiterit. At Deiphobus ipse profecto: licet non uidisse modo: sed sensisse etiam/ optimo ueri iudicio/ dici pōt: sciscitāti Aeneæ tamen: qui illum ita crudeliter manibus: auribus: naribusq; truncasset: toto demū corpore lacerasset: qđ tantū turpe sibi ille esse putabat: quantū Poeta osten
„ dit in eo. Vix adeo agnouit pauitantem: & dira tegē
„ tem. Supplicia: ab uxore proditū se fuisse respondet. Quis igit̄ nō uideat ante oīa cui ꝑcliuius faciliusq; credat̄? est. n. uerisimilius hūc mētiri cuius interest: q̄ illū/ qui rem tātū prout uiderit/ enarrat. queadmodū uero eū q sic cōcisus ac cōtrucidatus esset: qđ ideco rū sibi ualde putabat: aliqua ī excusationē sui cōmētum/ forte īcredibile nō sit: ita & eū qui sic decessisset: multa q̄ facta nō erāt facta credidisse necesse ē: nōnulla/ aliter ac gesta fuissent/ opinatū: ut ī hoc ipsū aut fallere: aut certe falli q̄ uerissime dici posse uideatur: aut

mẽtiri.f.excufantẽ fe:aut/qđ opinerẽ fic & ipfe / men
dacium dicere.fufpicari.n.hoc potius illum q̃ cõper
tũ habere:uel ex fufpiciofa ipfa gefti negocii expli
catione colligitur:quæ cum probationis femina de
beat procul omni dubio continere:ut certe continet:
&(quod in coniecturali controuerfia plerunq; folet
accidere)non tam rei: q̃ eorum per quæ res colligen
da eft/expofitionem habet:tota profecto fignis:& in
diciis:cęterifq; locis quibus augetur fufpitio/referta
eft/manifefto fatis argumento : nihil illum habuiffe
cogniti: nihil comperti:qui fufpitionum omnes late
bras peragrauit. Quomodo uero neq; hoc tantũ / fe
ab Helena proditũ fuiffe/Deiphobus dicat: fed qui
bus id probet enarret:ut in Tragœdiis/ cum Teucer/
Vlyffem reum Aiacis occifi facit:inuẽtum eum in fo
litudine:iuxta exanime corpus inimici : cum gladio
cruento: dicens ut Fabius refert: q̃q̃ fatis patet per fe
confyderantibus:nos tñ paulo infra comodius often
demus. Verumtamen unde & quãdo Deiphobus ab
Helena proditum fe fuiffe refciuit?aut ante factũ pro
fecto:aut poft:aut in re ipfa/neceffe eft dicere.ante ue
ro:procedere nullo pacto poteft:cauiffet.n.fibi:& nõ
folum fe:uerum & patriam ipfam ab imminenti libe
raffet exitio:non modo non intellexit igitur: fe neq;
fufpicatus eft etiam. Poft mortem uero utrum ex ali
quo qui interfuerit. qui cognouerit?an per diuinatio
nem potius:ipfum per fe uidiffe dicendum? a quo ue
ro id illũ apud inferos accœpiffe dicamus ? ufq; adeo
ne ad extremam anxietatẽ : & ineptas cauillationes/

descendendum: ut res aut inducendæ: aut infirmandæ & refellendæ tam leues uideantur? cum tñ qcqd super hac re ille sciat dicat: hoc uero non dicat: neq quispiam/ rei præsertim quæ nõ fuerat/ conscius (ut hoc loco dicamus quod infra magis patebit) reuelare illi potuerit. Reliquum est igitur diuinantem Deiphobũ quæ ante obitum prorsus ignorauerit postea intellexisse: ut cum corpore excesserint: diuinare solent animæ. sed hoc procedere nullo pacto põt: q.n. præterita intelligit: præsentia futuraq pariter cernere
„ ac prouidere põt. unde illa profecto. Quæ sint: quæ
„ fuerint: Quæ iam uentura trahantur: quod admittere in Deiphobo non possumus: & cuius ore legimus.
„ Sed te qui uiuum casus? & cætera: & quia manifestũ est omnino Virgilium defunctorum omnes animas nequaq̃ diuinantes inducere: sed paucas tantũ: quæ .s. purgatæ iã essent: lætaq tenerẽt arua: qualis apud illũ Anchises exi stit. mitto.n. Homeri totã νεκύαν: apud quẽ gustato cruore omnes poterant futura prędicere. Sic igitur & Palinurus Virgilianus apud inferos constitutus mortis suæ ignorat auctorẽ cum ait.
„ Nec me Deus equore mersit. male .n. Donatus Ser-
„ uiusq distinguũt legẽtes. Nec te Phœbi cortina fefellit: nec me: ut sequaẽ Deus equorẽ mersit: ĩsulsa.n. & inepta Palinuri respõsio fuisset: si Aeneæ ĩterrogãti. Quis te Palinure Deorũ Eripuit nobis: medioq
„ sub equore mersit? respondisset / Deus: ut si dicẽti qs homo te percussit? ita occurras / Homo: nõ potius Socrates: aut Plato: aut non homo: sed asinus. sic.n. &

solœcismus fieri posse putaȓ:cū respōsum ab interro
,, gāte dissentit. Donat⁹ uero cū dicit.cognouit uim il
,, lā esse diuinā:sed qs deus fuerit ignorat:qa nō uidit
nisi phorbantē:q̄si.s.sit qđ alibi legimus. Quis deus
,, incertū est:habitat deus:tā etsi Palinuꝝ nō diuinare
satis oñdit:contra q̄ Seruius opineȓ:uix satis mihi tñ
illud uideȓ attēdisse : qđ duo qdē sunt:& Deus.s.&
,, casus:uñ sępe apud Poetā. Casu sue: Dēsue:&.M.Ci
,, cero secundo de diuinatione libro.magis.n.(inquit)
,, id munere deorū factum est q̄ casu:& sæpe alibi. Pa-
linurus igitur de deo interrogatus: non deum sed ca
sum fuisse respondit:quod ab Aenea .s. propositum
fueram negans:& aliud adiiciens non dictum ab eo:
quēadmodum & ipse apud Homerū Agamemnon
,, Odysseę li.xi.interrogāti Vlyssi. τίσ νύσε κὴρ ἐδα
,, μασσέ τα νηλεγέοσ θανάτοιο, ἦέ σέ γε ἐν νήεσσι.
,, & quæ sequuntur. respondet οὔτ᾽ ἐμέ γ᾽ ἐν νήεσσι
,, & cætera:inferens ἀλλά μοι ἄιγισθοσ. notū est car
men. Hoc autem significat illud forte:qua locutione
,, inopinatus casus denotatur.ait.n. Nāq; gubernacu-
,, lum multa ui forte reuulsum. Præcipitans traxi me-
cum.deum.n:Palinurus fuisse ut ante non uidit: ita
neq; illo tēpore nouerat.de Phorbante uero nequaq̄
suspicatus est:neq; ēt debuit: Deus.n.illius ut amici:
fidelis:socii:formā sumpsit Palinuro p̄suasurus: dor
mientē uero cecidisse se dicere noluit:quo peccasse ui
deri poterat:si & ille cui uigilandū erat maxime dor-
,, miebat:de quo legimus . Princeps ante oēs densum
,, Palinurus agebat Agmen:ad hūc alii cursum cōten

dere iussi:& qui exptus eēt: placidi(ut poeta nobilis
inquit)pōti pellacia deceptus sit: unde Aeneæ illud.
„ O nimiū cœlo & pelago cōfise sereno: quare cū nihil
„ tā capax fortuitoꝝ sit q̄ mare/ut inqt Tacitus/ad ca-
sum cōfugit: fortuito se: nō pp imprudētiā/præcipi-
tasse dicēs. In facto igitur totā rē Deiphobū nouisse
dicemus: sed expositio ipsa negocii hoc nequaq̄ vr̄
ōndere: q̄ tota opinabilis ē: coniectura.n.nitir̄: cui⁹ si
gnū ille in facto non hēt: qđ necessario rē arguat. ut
Agamemnon apud Homeꝝ de Clytemnestra cū ait.
οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὄπα πριάμοιο θυγατρὸς
κασσάνδρης, τὴν κτεῖνε κλυταιμνήστρη δολό
μητις. ἀμφ' ἐμοὶ αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ γαίῃ χεῖρας
ἀείρων, βάλλον, ἀποθνήσκων περὶ φασγάνῳ.
ἡ δὲ κυνῶπις. & q̄ sequunr̄: unde & de facto in illo
nequaq̄ dubitar̄. Signa uero hæc potissimū Deipho
bus habuisse manifesta vr̄: & qđ noctu in cubiculari
lecto suo oppressus: & ab ipso quidē Menelao ē atq̧
Vlysse: & qđ ipso ī tumultu: cū ī thalamū hostes irru
pissent: somno excussus: ipsū sub capite ensem nō in
„ uenit. hoc aūt ex eo colligimus quod dr̄. arma oīa te
„ ctis. Emouet: & fidum capiti subduxerat ensem: quę
in facto tantū/ut iā uidimus/cognoscere Deiphobus
potuit: demū qđ Helenā ipsam fortasse/posteaq̄ som
no se dedisset: nūq̄ amplius uiderit qđ īnuere uider̄
„ in illo. At me cōfectū curis: somnoq̧ grauatū: Infœ
lix habuit thalamus: quasi dicat illa choꝝ adhuc si-
mulāte: & circūducēte phrigias mulieres: q̄ signa cō
iūcta rei ipsi sunt: & sine ulla qdē approbatione pro

perspicue ueris accipienda: quo eum falli omnino se quatur: iis. n. negatis fallere dicendum esset: quorum alterum Deiphobi persona magis recipere uideatur: alterum Homeri auctoritas confirmare: cum ait, durũ „ ac difficile factum fuisse certamen. ut fama etiam ad Aeneam tulisse, ea nocte uideri possit: uasta illum pelasgorũ cede defessum: super confusę stragis aceruũ procubuisse: quod factũ ab inermi credibile non est: ab eoq; qui imparatus inuentus: atq; adeo oppressus „ sit. Quod uero de Vlisse nõ mentiar & Menelao cũ „ ait. Intra tecta uocat Menelaũ: & paulo post. comes „ additur una. Hortator scelerum Aeolides: quos ambos & Homerus Demodoci ꝑsona nominat: queãd modũ si in aliis quidem suspicatur: nimis perspicue ꝑfecto ac uere id Deiphobus cognoscere potuit: ita hoc modo (inquit strabo) ut aliquis uerisimilia mentiatur uere contingit: siqua uera permisceat. Dicamus tamen uere illi omnia sicut ipse enarrat contigisse: ut cum aliquid habeat qđ possit criminose ac suspiciose dicere (.M. Tullii uerbis utar) aperte ludificari: ac calumniari sciens non uideatur: ipsaq; cõtrouersia consistat: suspicari Deiphobus, nec temere quidẽ, potuit: apertam ab aliquo Menelao domũ fuisse: ensemq;, puluino cui incumberet, subductum. quæ quidem suspitio cum intra parieres: in domestico scelere uersetur: in quem alium domi: q̃ in Helenam ipsam: tam illius. s. uita q̃ causa conueniret? nam & persona „ motus est cum per ironiã dixit. Egregia interea coniux: neq;. n. creditu difficile ab Helena proditũ Deiphobum

phobum fuisse: a qua primus ipse uir Menelaus i desertus fuisset ante (mitto.n. quæ de Theseo dicunt) sic.n. maritos tractare iam consueuerat: quo sensu de Pyrrho ore Andromaches libro tertio dictum legimus. Qui deinde secutus Ledæam Hermionen: lacedæmoniosq; hymenæos: Paride præsertim quem secuta fuerat iam sublato. Illius igitur persona credibilia facit quæ Deiphobus suspicatur: atq; etiã causa facti: neq;.n. & causa prætermissa est ab illo cum ait. „Scilicet id sperans magnum fore munus amanti: Et „famã extingui ueterum sic posse malorũ: ut aliquo. s. insigni indicio placare studeret quẽ iratum putabat: & suspitionis famam purgaret: quod ultro Paridẽ secuta sit: quasi. s. & ante rapta fuerit inuita: quæ libenter redierit: & ultro se obtulerit: qđ adeo quidẽ & ad illius quæ ægisset naturã: & ad eius qui audiret opinionem accõmodatũ Deiphobo seu Poetæ potius uisum est: ut in eo cõmorandũ nõ duxerit inquiens „Quid moror? Huc & alia signa illa manifesta pariter accedunt: quæ gestum negotium præcesserũt: qđ. s. & facem tulerat: & chorũ duxerat: unde fraude Helena ægisse uisa. cum.n. ea gessisset ante: quæ ipse etiam fieri ab ea uiderat: ea uero postea sint cõsecuta: facile hac suspitione perculsus ẽ: Helenam rei cõsciã: consulto illa non fortuito nec temere: uera non falsa gestientem lætitiã: & insidiarum causa fecisse. Nec ipsa uero abfuit occasio tũ priuata tũ publica: priuata „aũt somni quã ostendit in illo. Tunc me cõfectũ cu-

„ ris somnoq; grauatũ/Infœlix habuit thalamus: pres
„ sitq; iacentem Dulcis & alta quies: placidæq; simillis
„ ma morti: ubi nec somnum modo: uerum solito etiã
profundiorem somnũ/qui corpore atq; animo fessis
contingere solet/ostendit. Publica uero diei festi atq;
„ solemnis præ lætitia celebrari: unde illud. Namq; ut
„ supremam falsa inter gaudia noctem/ Aegerimus
nosti: quod quidẽ libro secũdo Poeta/ latius Aeneæ
„ ore posuerat. Nos delubra deũ/ miseri q̃bus ultimus
„ esset/ Ille dies/ festa uelamus fronde/ per urbẽ: qua oc
„ casione Helena/& flãmam tenere: & chorum ducere:
sine ulla prorsus/fraudis aut doli suspitione/ potuit.
Licet igi͠r in hac Deiphobi narratione nihil prorsum
ommissum sit ex his/quæ ad ꝓbãdũ necessaria sunt;
quod tñ ipsum uel eo manifestum est: quod criticos
grãmaticosq; oẽs ipsa expositio fefellit: quemadmo
dum etiam adeo aperta atq; dilucida est/& breuis: ex
pletaq; omnibus suis numeris & partibus: ut eã Vir
gilii possis agnoscere: pro credibili tñ pleraq;/ ut iã di
ximus/a Deiphobo sumpta: nõ pro necessario sunt.
licet. n. improuiso in cubiculo oppressus: & a Mene
lao quoq; ipso: atq; ẽt dormiẽs fuisset: hoc illi sine ali
qua ꝑfecto fraude potuit accidere: quippe qđ & tro
ianoꝝ aliis ea nocte non parũ multis euenisse cõstat:
plerosq; illoꝝ. n. in cubiculis deprehẽsos: mactatosq;
fuisse: nõ poetæ græci mõ: sed Halycarnaseus quoq;
Dionysius in historia/scriptũ reliq̃t: & Virgilii ex li
„ bro. ii. illud oñdit. Vix primi prelia tentãt Portaꝝ ui

„ giles: & cæco Marte resistunt. nam & quia ad multã noctem uigilauerant: & pp falsam lætitiã græcorum discessus, & cibo se & uino onerauerant: unde Poeta „ urbẽ somno uinoq; sepultã facetissime dixit: & nihilo minus expectabant: nõ prius hostiũ aduentũ perceperunt, q̃ effractis ianuis a græcis in cubilibus, temulento ac securo sopore profligari: totisq; præcordiis stertentes, deprehẽsi sunt: unde & illud in Mure„ niana. M. Tullii. Intus, itus inquã ẽ, equus troianus: „ a quo nunq̃ me consule, dormientes opprimemini. „ Et hoc igitur Deiphobo pariter accidere sine aliqua proditione potuisse: quis dubitet? Menelaũ uero ipsa Helena etiam inscia: nolenteq; atq; inuita: qd aliud facturum fuisse putandum: q̃ Deiphobi, cui illa post Paridem nupserat, domum statim inuasurum? ultrum. s. iniurias: punituruq; dolores suos: quod, ut supra iam diximus, & ipse posuit Homerus: licet omnẽ prorsus insidiarum aut fraudis suspitionẽ tollere uideatur: cum ait Vlyssem ibi dirum bellum ausum: demum per Mineruam fortissimam euicisse. s. n. darũ signum: si aperta ianua: si non arma modo omnia domo emota: sed ensis ipse ẽt capiti illius subductus: si hostile ferrum capiti: ceruicibus: iugulo ac lateribus eius admotum: hoc non uidetur profecto durũ illud difficileq;, quod dicitur, fuisse certamen. Iam igitur de uoluntate ipsa Helenæ uideamus: quæ quidẽ ut ex signis ipsis factum: ita ex persona & causa inspici solet. Et oĩum primum quæ de illius persona supra

dicta sunt: tametsi probabiliter dici uidentur: perfacile tamen rationem habent reprehendendi: neque enim quia Menelaum deseruerit Helena: propterea statim credibile est Deiphobum illam fuisse proditurum: aut reditum saltem in patriam & ad primum ipsum uirum, extincto etiam Paride desyderaturam: uerisimile enim (aut ego fallor) grauissime quoque a Penelope Vlyssi Odysseae, xxiii. lib. dictum est.

οὐδέ κεν ἀργείη ἑλένη διὸς ἐκγεγαῦα
ἀνδρὶ παρ' ἀλλοδαπῷ ἐμίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ
εἰ ᾔδη, ὅ μιν αὖτις ἀρήιοι υἷες ἀχαιῶν
ἀξέμεναι οἶκονδε φίλην ἐς πατρίδ' ἔμελλον.

Quod, cum alieno uiro Helenam, in amorem lectumque coituram non fuisse unquam, significat: si se ab Acheis rursus quandoque in patriam reducendam cognouisset: quocirca & Paride sublato redire noluit quoque: ut est apud Dionem prusiensem: sed Deiphobo ipsi nubere potius: magnanimo alioqui fortissimoque & pulcherrimo uiro si Homero credimus: illius enim est καὶ δηίφοβος θεοειδής Iliados . μ. quo epitetho etiam Paridem honestare ipsum solet. Nec quenquam mouere debet: quod Odysseae quarto ubi de Vlysse cum Thelemacho loquitur Helena his usa uerbis reperitur.

ἔνθ' ἄλλαι τρῳαὶ λίγ' ἐκώκυον. αὐτάρ ἐμὸν κῆρ
χαῖρ' ἐπεὶ ἤδη μοι κραδίη τέτραπτο νέεσθαι
ἂψ οἶκονδ' ἄτην δὲ μετέστενον, ἣν ἀφροδίτη
δῶχ' ὅτε μ' ἤγαγε, κεῖσε φίλης, ἀπὸ πατρίδος
αἴης. παῖδα τ' ἐμὴν νοσφισσαμένη, θάλαμον

τε πόσιν τε. οὔ τευ δευόμενον οὔτ' ἄρ' φρένας οὔ τετι εἶδος. quod uiro ipso Menelao pręsente neq; mirũ alioqui: neq; indecens est: optime. n. in tempore Helena fingere nouit: & prorsus ubiq; scire qd dicat: & mentiebatur in hoc profecto (quæ mulierum malitia est) quemadmodum & in aliis eodẽ loco & tẽpore nõnullis: de quibus infra dicendũ. Qualis igitur Helenæ uoluntas esse potuerit: ex hoc facile (ut opinor) intelligi põt: in græciam. s. & ad primum ipsum uirum nullo pacto redeundi: si. n. quando domũ redituram se putasset: alieno nunq̃ concubitura erat uiro: iam uero non cũ uno tantum sed duobus: & uigesimum annum/ si Homero credimus / concubuisset: quid ni omnia efficere uelle deberet: ut in græciã sibi redeundum amplius non esset? Iam igitur non tã ex persona Helenæ uoluntas in hoc: q̃ ratio facti & cõsilii spectanda uidetur: quod quidem / ut Fabius inquit/ plerunq; / causis: temporibus: occasione: necessitate ad rerum momenta conuertitur. Et omnium primum illam græcorum doli consciam non fuisse: nec ipso in equo danaos inclusos scisse: aut Troiã nocte illa captã iri credidisse: satis cõstat. nõne. n. apud Homer; Odysseę. iiii. Menelaus ipse enarrat ad equũ illã cũ Deiphobo accessisse: eũdẽ circũstetisse: sępius attrectasse: assimulataq; / uxor; principũ oĩum qui intus erãt / uoce: noĩe queq; uocasse? quod nõ alia de cã factũ dicere ab ea possumus: nisi ut si ĩ eo ĩclusi essent greci prentaret: ignorabat. n. Helena quoq; ut

& troiani omnes ipsi græcorum dolos: alioqui periculum ac tentamētum illud fuisset profecto minime necessarium: quod simulatum tamen fuisse: ne Menelaus qui intus erat quidem dicere ē ausus: cum & sese atq; ipsum etiam Diomedem ita excitatos fuisse dicat: ut egredi q̄ intus latere mallent: exituros etiam fortasse: nisi illos sic prorsus animatos, Vlysses continuisset. Anticlus autem nescio quis omnino responsurus: nisi idem ora illius manibus compressa diu tenuisset: licet eam excuset quātum ualet maxime: ad deum qui Troianis gloriam cuperet omnia referens. Nec obstiterit quod de Vlysse Dectis habitu (nā ut opinor hoc nomine mendicus erat) Ilium ingresso & „ ab ea cognito eodē illa loco inquit καὶ τότε δὴ μοι πάντα νόον κατέλεξεν ἀχαιῶν: quod significat Vlyssem eo tempore omnem sibi mentem consiliūq; græcorum aperuisse. in quo absentis certe testis occasione mentitur: uitabat. n. Helenā astute quidē Vlysses: quod & ipsa ibidem fatetur: a qua cum se postea cognitum sensisset: illud quod negare forsan non poterat, confessus est: quem tñ illam etiā Hecubę manifestasse dicūt teste Plauto in Bacchidibus his uerbis. „ Vlyssem ut prædicāt cognitū ab Helena esse: pditū Hecubæ: cui blāditiis. s. ille psuaserit ut se abire pmitteret: tantū abest ut credere q̄ de Vlysse dicit Helena debeamus: quippe qui ne pudicissimæ quidem uxori credendū cēsuerit: ut est Odysseæ lib. xvi. inquiēs „ etiā Thelemacho ἀλλ᾽ οἷον σύ τ᾽ ἐγώ τε γυναικῶν

„ γνώομεν ἰ φὺν: quod est ego nã𝈿 & tu fœminarum probe nouimus impetũ: in quo tñ mentiri illã, uel ex eo qđ supra dictum est, satis constat: facta eius. n. cũ dictis discrepant. Vnde ergo utrũ diffidendũ an confidẽdum fuerit scire potuit Helena? dubium fuit profecto: at sperauit inquit: quã ob causam? necesse ẽ. n. eam iustam & magnã: & perspicuã fuisse. utrum opinione officii tantum non modo stulta: sed improba? magna profecto temeritas: ni singularis impudentia potius dicẽda est: nõ modo sine ullo timore: sed etiã magna cũ spe: eo tẽpore: hmõi tantum de causa: tanto in periculo fuisse: quæ quanta tñ esse potuerit atq3 debuerit: uel ex Deiphobi ipsius uerbis: facile colligi
„ põt cum ait. Scilicet id sperans magnum fore munus amãti: hoc. n. eo spectat: ut imprudentẽ illã ac stultã quæ hoc sibi persuaserit dicat. sensus est. n. p irrisionem atq3 ironiã hæc significans. Sic & Dido cum di
„ xit. Scilicet is superis labor est: nullã oĩno habere humanaꝝ reꝝ procurationẽ deos intelligi uoluit: & Te
„ rentianus Dauus: id populus curat. s. inquiẽs in Andria: hmõi cura profecto tangi neminẽ uoluit asserere. Lõge uero aliter Helenę q̃ putarat accidisset: nã𝈿 & primum illud dedecus: turpitudinem: ignominiã auxisset: nouam ad priorem culpam: & sceleri scelus addendo: uiro𝈿 parum gratam rem fecisset: tunc redire ad eum se, spei ac officii simulatione uelle, ostentans: cum effugere amplius non posset: Deiphobum prodere ipsum uolens: quod & quando esset minime

necessarium. Igitur quod non pertractasset antea: sine ulla recõciliatione gratię: non stulte quidem ac temere modo: sed impudenter etiam sperasset. Verum non ego hoc dicam opinione falli Helenam non potuisse: quod inuere Deiphobus, ut dixi, uidet: sed nõ ueri simile esse istam reconciliationem gratiæ illam: tum cum faucibus premeretur excogitasse: & in ipso articulo tẽporis: tam dubia inaniq; spe potius ductã: q̃ subita & improuisa formidine territam: metuq; & periculo: subactam fuisse: nescio. n. (inquit Fabius) an etiam naturaliter apud plurimos plus ualeat malorum timor q̃ spes bonorum: quanto tamen uerius apud mulierem: ubi præsertim multo maior certiorq; timor q̃ spes erat? Celare igitur se: non muliebri illi naturæ modo: in tanto & tam inopinato casu: periculoq; tum cõmuni tũ priuato magis conueniens: „ (ut illa pfecto Tacitam secreta in sede latentẽ Tyndarida aspicio: quasi quæ nõ loqui modo: sed ne spirare quidẽ præ metu auderet: &. Abdiderat sese: atq; aris inuisa sedebat: non tã dici: q̃ ostendi uideantur) ueq; lõge ẽt tutius fuisset: cui non a Menelao solum: sed a græcis omnibus aliis: nec a Græcis tantum: sed Troianis ipsis quoq; iure metuendum erat. Siquam uero sperare a Menelao ipso gratiam poterat: primus omnino ille impetus uitandus fuit: ubi in iracundia: in uictoria: animoq; ardore & armorum: inter ferrum ac cedes: nullus clemẽtiæ: nullus precibus locus est: quod & fecisse illam Aenea ipso teste apud Virgiliũ credimus:

credimus: grecisq; aliquot poetis: & nō metu modo: at pudore tantum ipso facturam ac uerecūdia fuisse: contendere auderem. Sed hæc de uoluntate ipsa dicta sufficiāt. Illud uero etiam sequif: quomodo ignara certæ & imprudens tantorum impendentium malorum: mentisq; græcorum ac consilii ex arce dare illis signum potuerit: quos ut cæteri omnes abiisse & „ illa putabat: de qbus legimus. Nos abiisse rati: & uen„ to petiisse Mycænas: nisi post agnitos dolos tale eā aliquid fecisse dicamus: quando orgiis ducēdis tempus: & choro simulando non erat: addo illud etiam neq; armis domo asportandis: subducendo ensi: cæterisq; gerendis: quę facta ab illa Deiphobus suspicatur. quare chorum ducebat sed non simulans: flammam tenebat: sed non signum ut daret. Sed si tūc signum cum chorum duceret dabat: tempore ipso nō dabat: non solum. n. tota tunc ciuitas uigilabat: sed ne Deiphobus ipse quidem adhuc cubitum secesserat: quod totum non insidiose: nō præparato quidē: non maliciose: sed bona mēte factū esse & illud ostēdit: quod palam non autem ex insidiis: uigilante ciuitate: troianis mulieribus comitantibus omnia gerebat. Datum aūt fuit illud exitii signū ex troia quoq; „ fortasse a Tenedo uenientibus græcis: sed aliquanto post: cum. s. fusi per mœnia teucri Cōticuere ut poeta inquit: sed non ab Helena quæ græcorum dolos ignorabat: uerē a Sinone/ut Plautus dicit in Bacchi„ dibus/his uerbis. Bacchidē hēt secū: ille olim ut ha

buit ignem quo signum daret. & Calaber libro. xiii.
Δὴ τόν ἄρ αἰθαλόεντα σίμων ἀνὰ πυρσὸν ἄειρεν
„ Δεικνὺς ἀργείοισι πυρὸς σέλας. tametsi quomo-
do inter se dato illi signo conuenerint poeta ostẽdit
„ in eo. Flãmas cũ regia puppis Extulerat: utrinq3.n.
datum esse uerisimile est. Et non datum igitur ab He
lena constat: & a quibus datum sit apparet. Post da-
tum tamen signum (ut Deiphobus suspicatur) domũ
uenit: arma domo omnia emouet: capiti ensem uiro
iam arcte & grauiter / ut fit ex lassitudine / dormienti
subducit. Primo uero hoc non ordine procedit: ante
.n. hæc gesta: postea datum signum esse oportuit: de
inde spes occultandi & perficiendi doli quæ fuerit?
quo adiutore usa est? quo socio? quo conscio? in do-
mo ipsius Deiphobi. s. in qua nulli alii illud expedie
bat: mitto. n. quod nec ẽt ipsi. Sola uero omnia emo-
uere arma domo uix poterat: sed / ut Cicero inq̃t / nec
etiam uix. quem uero in locum ea quæ domo aspor-
tabantur importabantur arma? intra ilium. n. hæc ge
ri considerandum: quare etiam si uoluisse Helenam
concesserimus: nec potestatem nec facultatẽ habuis-
se illam ut confiteamur necesse est: at ensem capiti ip
sius subducere: neq3 etiam fuit necesse. quid. n. unus:
semisomnus: perterritus: securus: inermis q̃ uelit sit
strenuus efficere Deiphobus potuit: contra tot ala-
cres: uigilantes: ardentes odio: iratos: paratos atq3 in-
structos: etiam si ensem habuisset? illud igitur nõ po-
tuit ab ea: hoc fieri etiam non oportuit: q̃d licet suspi

cari aliqd nõ synceri in Deiphobo fuisse: mẽtitur in hoc.n. fortasse pp pudorẽ: qppe q ita truncatus eẽt: quasi si ensem habuisset talia passurus non fuerit: in hoc.n. sua ipsius excusatio eẽ illi uideri potuit: si nõ in lecto solũ: ueꝝ sine ense etiam inuentus est. nõ dicam.n. illũ/gladiũ quem aut nouitate ipsa rei prterritus: seu illo quẽ ipse ait dulci somno altoq; grauatus aut sub capite existẽtẽ nõ inuenit: aut cũ cubitũ iuit alio loco q̃ putarat aut solitus fuerat ante posuisset: subductũ suo ipsius capiti fuisse/ putasse. Concludendũ igiẽ pfecto. P. Virgiliũ nõ esse contrariũ sibi: sed Aeneæ Deiphobũ: psona.n. cũ persona: nõ poeta secũ ipse cõponiẽ: cum.n. Poetæ ars imitatio quædam sit: & cõtrarios sæpe hoĩum affectus exprimat: sæpe cogi illũ sibi ipsi cõtraria dicere: Plato legum libro quarto testis est. Plato inquam ipse: cuius ex eo quo dixi libro/ ubi de Poeta loqtur/ uerba sunt hęc.

„ καὶ τῆσ τέχνησ οὔσησ μιμήσεωσ/ἀναγκάζεται
„ ἐναντίωσ ἀλλήλοισ ἀνθρώπουσ ποιῶν διαθε-
„ μένουσ, ἐναντία λέγειν αὐτῷ πολλάκισ. Et uerissime tñ scriptũ a Zenone credimus quoq;: aliqua quidẽ secundum opinionem: aliqua uero secundum ueritatem ab Homero dicta esse: licet primus oĩno id Anthistenes dixerit: Zeno tñ & locos ipsos ĩdicauit: & executus est singulos: quo argumento & Perseus Zenonis: apud eum poetam scripsit: & si Dioni credimus/ alii plures: ut quemadmodum multa esse in Poetis diuina mente prædiris Homero Virgilioq;

in quibus sibi ipsis illi cōtraria dixisse uideri possint: non fatemur solum: sed etiam profitemur: ita non temere seu per imprudentiam: nec sine ratione: sed consulto & ex arte factum esse contendimus. Aeneā autem ipsum uerum: falsum uero Deiphobum dicere: talia tamē illum qualia sentiret & loqui: ut constet ea ideo a poeta esse posita: quia cū tractaretur Deiphobus: personæ seruiēdum fuit illius: qui ueritatem rei ignorans: talia, nec temere quidem, non suspicari modo: sed credere facile poterat. (nisi forte fallere illum: ac mētiri potius uolumus: de quo minima mihi hoc tempore quæstio est) non autem ut pro ueris illa nos accipiamus: quibus poeta summus & in eadem ipsa, ut iam uidimus, Deiphobi narratione: impressa quædam consulto uestigia: signaq; reliquit: & alia aliis locis manifestius posuit: quibus rei ueritatem nō suspitione tantum: sed ipsis deprehendere manibus ualeamus. Ex his.n. quæ factum ipsum sunt cōsecuta: ut Deiphobus conjicere nihil potuit: quippe qui fuerit trucidatus: ita nobis longe aliter euenire quis dubitet? quibus res tota tradita est: ille.n. quid factura eēt Helena dubitauit: nos quid fecerit uidemus. Voluimus.n. ex his quę sequuta sunt post, facile cognoscere, opinione falli Deiphobum: qui se ab Helena proditum fuisse putarit? nullum profecto uerius ac manifestius argumentum: q̄ quod eo loco multo post ab Aenea ipso uisa illa atq; inuenta sit: in quo si eū prodidisset, nullo pacto uideri: tali præsertim tēpore po-

tuit. aut. n. dicamus necesse est ea nocte in Deiphobi domo illam non fuisse: aut si fuit tamen: dum circa ipsum pugnatur: in eum, in quo uisa sit, locum aufugisse. quorum utrum concesseris omni illam prorsus suspitione liberaueris. Mitto autem quod paulo post Deiphobi domus ruinā Aeneas de Menelao & Vlysse meminit Cassandram a Mineruæ templo trahentibus: meminit de illis ad regiam Priami pugnātibus quoq;: & de Helena uerbum nullum: quippe quam nondum Menelaus inuenerat: & omnino aptius poetæ uisum est: quoniam semel de illa certe mētionem facere Aeneas debuit: Troiæ excidium in conuiuio Didonis enarrans: quippe cum illius causa tantū belli incendium cōflatum esset: in extremam noctē Menelao ipsam reseruare: q̄ tunc cum pugnandum erat maxime: hmōi illum sarcina inutiliter onerare. qđ nōnulli quoq; poetæ græci fecerunt: & tametsi ad inuentam Helenam usq; Aeneæ narratio nō procedit: quippe cui ipse rei non interfuit: eo iā adduxerat tamen: ut quid postea secutum sit quiuis intelligere facile possit. Quid. n. quod adderet reliquum erat amplius: q̄ post Aeneę ex eo loco discessum Menelaum aut statim: aut paulo post una cum Vlysse eum in locum peruenisse: sic latentem Helenam offendisse: &, quod poetæ græci quidā prodiderunt, interficere etiā uoluisse? Necui uero mirū ab aliquo alio prius inuentam illam non fuisse uideretur: Secreta (inquit) in sede latētem: ut ne illud quoq; quenq̄ moueret: quod

„ ab Aenea reperta ipso sit: addidit. Erranti: passimq;
· oculos per cuncta ferenti. & quia noctis tẽpus eẽ me
mor erat atq; illius plus iusto forsan obscurioris: qđ
„ dixerat. Inuoluens umbra magna terramq; polũq;:
„ cuius beneficio Aeneę quoq; oculos subterfugere ac
„ latere potuit: Dant (inquit) clara incendia lucẽ. Quę
quidem ego a Criticis ipsis & grammaticis uisa non
fuisse non miror: acutius. n. ficta sunt: q̃ ut quiuis ea
possit agnoscere. Inuentum uero esse quemquã tam
parum & prudentem & doctum: qui huiusmodi con
tradictionem a poeta omnium & ingenio & diligen-
tia sine controuersia præstantissimo: uisam non fuis-
se putarit: ac non arte potius fabricatam & uirtute
demiror: siue quo Homeri locum qui est in Aga-
memnone repræsentaret in Deiphobo: ut Aiacis in
Didone: Elpenoris in Palinuro: aliorumq; in aliis:
quemadmodum. P. Virgilii ideã siue exemplar Ho-
meri poesim fuisse nouimus: siue ut alias atq; alias
Poetarum fictiones exequeretur: ut Helenam tragœ
diæ forsan insimulauerint & Troiam & Deiphobum
prodidisse: licet apud Homerum optimũ (inquit Ci-
cero:) auctorem talis de ea nulla suspitio est: quas nõ
modo diuersas: sed etiam contrarias inseruisse poe-
mati aptissime uideri possit: si recta modo intelligen-
tia locus gubernetur: siue declamationẽ futuris rhe-
toribus pararet: quemadmodum illo qđ est in Buc-
„ colicis ænigmate. Dic quibus in terris: & eris mihi
magnus Apollo.

„ Tris pateat Cœli spatium non amplius ulnas: crucē grāmaticis parasse se Asconio Pediano de loco interroganti respondisse illum ferunt. Adhuc unum tantum discutiendum restat: post finem faciam hac de re plura dicendi: utrum in domo Priami Aeneā amplius cum Helenam uidit: & in qua eius parte: uel aliquo alio in loco potius fuisse, dicendum: est .n. & in hoc aliqua difficultas: & uariæ superiorum diuersęq; sententiæ. Et hunc igitur a me fortasse, quasi claudē di quendam operis extremum laborem, adhibitum fuisse iuuabit. Omnium primum Calaber qui Paralipomena Homeri scripsit: in Domo Deiphobi illam, atq; in intimis eius penetralibus: timentem ac celantē se repertam fuisse dicit. Quia uero poeta summus aliter pro suo iure & comodo fingere maluit: qđ in aliis plerisq; etiam fecisse illum satis constat: de ipsis tantum grāmaticorum opinionibus uideamus. & Donatus quidem in domo Priami Aeneam asserit cum Venus. s. irato apparuit: atq; ĩ sũma eius pte fuisse cōstitutũ: quo cũ ante se dixerat ascēdisse illis uerbis. s.
„ Euado ad sũmi fastigia culminis: & uñ se aut pręcipites dederãt socii: aut tradiderãt flãmis: tũ & iratus po
„ stea dicat Descẽdo. Seruius uero nũc ĩ domo Priami qđē: nũc in tẽplo tñ Vestæ dicit: cuius certe ut inconstantia leuat auctoritas: ita nõ pōt Donatus nulla rõne ductus uideri: meq; haud pœniteret eius sníæ eẽ: nisi qđ male dissimulatis ab eo uersibus cõtinet̃: non
„ negligendũ esset: in quibus legi iam diximus. Cum

„ limina Vestæ Seruãtem: & tacitam secreta in sede la
„ tentem. Tyndarida aspicio. Si in domo. n. Priami ad
huc illũ: atq; in summa eius parte fuisse cõcedimus:
quæ Vestæ accipere eo loco limina debeamus: quæri
posse uidetur. ara. n. in illa Hercæi Iouis fuit: de qua
& Pausanias: & Arrianus lib. primo meminit: in quã
Hecubam & mulieres alias cõfugisse Poeta dixerat:
ipsumq; a Neoptolemo regem obtrũcatum fuisse no
„ uimus: at ea tamen Aedibus in mediis nudoq; sub
„ ætheris axe ut poeta ipse docet. Quæ igitur in supe
riore parte domus Vestæ limina accipienda sint non
reperio: tam etsi & simile omnino ueri uidetur eẽ: ue
re ac diligenter consyderantibus: ut cum primũ græ
ci effractis conuulsisq; postibus irruperunt: Aeneas
& alii quos iã inde ab initio ad summi tecti fastigia
ascendisse poeta dixerat: in inferiorem ædium partẽ
descenderint: ut & armatis qui stabant pro foribus
opem atq; auxilium ferrent: & hostibus occurrerent
qui inferiora domus irruperant: cũ eo uel ipsum Pria
mum paratum atq; armatum ea de causa descẽdisse
satis constet: ubi & truncatus postea in ipso atrio sit:
sic. n. & Aeneæ contigit ut illius necem uideret: quã
alioqui si in ipsa sũmitate domus erat: uidere uix po
tuit: cum tamen illum nequaquam semper uno & eo
dem loco tanq̃ stipitem erectum fixumq; stetisse: uel
eo uerbo perspici atq; comprehendi possit: quod ait.
„ Erranti: passimq; oculos per cuncta ferenti. dum tro
ianos profecto aliquos quos socios sibi adiungeret
requirebat.

requirebat: ut non solum suis auxilium ferre: sed inde ille posset abire. Nec obstiterit quod ad terram saltu se misisse socios dicat: hoc.n. factū ante ab eis accipimus: licet non prius animaduersum ab Aenea: q̃ illos post se non uiderit ut qui pugnare inter primos
„ cōsueuerat: unde & illud, Respicio. neq;.n. eo puncto temporis: & eo quo Aeneas erat loco, cum socios abesse cognouit: sed aliquanto ante factum id ab ipsis intelligimus: Deseruereq;, misere: & dedere: deseruerant miserant est & dederant: ut Aeneas .n. utrum horum comites fecissent certo non sciebat: quandoquidem dubitanter illud dictum est: & corpora saltu
„ Ad terram misere: aut ignibus ægra dedere: quasi di dicat aut hoc fecerant aut illud: non autem alii hoc: illud alii: ita etiam neq; locū: neq; tempus ipsum. unde & duo quoq; mortis genera mēte concœpit: quorum alterum ad id respicit si tunc cum illum deseruerunt in summis regiæ partibus erant: alterum uero si etiam in imis: quæ flammæ profecto sunt: in quas tā ex equo se: q̃ ex superiore loco immittere poterant. ubi.n. Aeneas aut in flammis illos: aut in terra uidisset? qui si tunc eos cum hoc facerent non uidit: cum fecissent post uidere nullo modo potuit: sed tantum quod facere potuerint suspicari. unum tantum certo sciebat Aeneas: desertum. s. ac derelictū ab illis fuisse se: non fraude tamen ac metu: uerum cum desperassent: & uani laboris tedio defessi iam omnes eēnt: in quo Aeneæ uirtus ostendit: qui fatigatis ac despe

ratis omnibus non dum defecisset: aut desperasset: & etiam si solus relictus erat non modo deiectus de arcis præsidio non esset: sed nec cessurus etiam uideretur: si & quicq̃ Priamo præstari amplius potuisset: & nisi propriæ domus: Patris: filii: uxoris memoria tetigisset animum: casuumq; / quę plurima illis attingere poterant / imago mente concœpta subiisset: post uero & matris castigatio accessisset. Sic & patriæ nunq̃ defuit usq; in extremum: & cum se cessisse fatet̃. Nec
„ spes (inquit) opis ulla dabatur. parum. n. alioqui patrem humeris tulisse: patriam uero non adiuuisse fuisset: si modo pietas cũ sit magna in parentibus & propinquis: in patria (ut inquit Cicero) maxima ẽ. Nec illud etiam fortasse repugnat: quod de se postea uisa
„ iam Helena dicat Descendo: non tam. n. de superiore parte domus: q̃ de arce ipsa dicit & pgamo: in qua domum ipsius Priami fuisse nouimus: unde & alibi
„ Aeneas. Procedo ad Priami sedes: arcẽq; reuiso: qa & illa. s. in arce erat: quod aperte Homerus testatur Iliados libro sexto: ubi de ædibus Alexãdri loquẽs
„ ait. ἐγγύθι τε πριάμοιο καὶ ἕκτορος ἐν πόλει
„ ἄκρη. hinc & illud Troiaq; nunc stares: Priamiq; arx
„ alta maneret: nisi forte quoniam arx uel sedes Tyranni dicitur: ut sæpe apud. M. Tullium auctore Pediano: uel æditus in ciuitate & munitior ad salutem ci-
„ uiũ locus: prior hoc loco significatio magis placet:
„ alibi. n. dictum est quoq;: Et Priami tecta alta manerent. Et illud igitur fortasse quod a Seruio de Vestæ

templo dicitur subire cogitantem potest: utrum in eo Helena lares ab Aenea uideri potuerit: in qđ ex Dei phobi aut Priami ipsius domo cõfugisset: queadmo dum & in tali fieri fortuna solet: & a multis factũ no cte illa Dionysius Halycarnaseus auctor est: & Poe„ ta ostẽdit in eo. Plurima perq; uias: sternũtur inertia „ passim: Corpora: perq; domos & relligiosa deo: Li mina: & i Helena multo uerisimilius pfecto: cui nul lus esset usq̃ neq; apud graecos: neq; apud Troianos cõsistendi locus: qđ Vestae templũ in arce quoq; ip sa fuerit prope ipsius Priami domũ: queadmodũ & Iouis & Mineruae & Iunonis: & Phoebi: si poetis Ho meroq; Virgilioq; credẽdum est: nã & Plato legum lib. v. Vestae: Ioui: & Palladi arcem consacrari ipsam uult: nisi forte eius deae sacellũ in domo Priami fuis se cõcedimus: idẽ. n. Plato lib. x. cum legẽ in haec fe„ re uerba dedisset: Sacella nemo in priuata domo ha„ bero: & pp impios. s. & quoniã illa constituere diffi cillimum sit: aris. n. (inquit) & sacellis oẽs domus: ui ciq; a mulieribus: ab inopibus & calamitosis: ab im becillibusq; & iis quibus periculum immineat/ reple ti sunt. Sed haec quoq; in promptu. Quoniam uero Poeta (quod Antisthenes de Cephisodoro Aristote le teste dixit) thuri maxime similis est: qđ. s. contri tum delectet: & interiora quedã/ si placet/ uideamus: ad larum. n. familiariũ sedes cõfugisse Helenam pro bari quoq; & defendi potest: illud. n. satis (ut opinor) cõstat: Vestã/ Larẽ & focum esse: unde &. M. Cicero:

libro de legibus secundo: eius deæ templum quasi focum urbis & publicum appellat: & de natura deorum secundo libro quoq; de illa loquens: uis. n. eius
„ deæ / inquit / ad aras & focos pertinet. hunc autem ipsum in locũ supplices confugere uetusti moris erat: quos propterea Plutarchus nunc Ephestios: nunc Vestæ supplices uocare apud græcos solet: Hinc & Halycarnaseus Dionysius Martium Coriolanum patria profugum Actii Tulli Volscorum principis supplicem factum scribit sederem ad focum. & Themistoclem etiam ab inimicissimo cuius adisset larem religiose seruatum esse nouimus. Sed nihil opus est exemplis hoc facere longius: & Aristoteles. n. in Oeconomico
„ Primum / inquit / inter uirum & uxorem
„ statuendæ leges: ut cesset iniuria: ita. n. nec ipse iniu
„ sti quippiam patietur: id nanq; communis inducit
„ lex sicuti a Pythagoricis sancitur: uelut supplicem
„ & a Vesta ductam arbitrari uxorem: ut nullatenus
„ inferatur iniuria. Nec Homerus Odysseæ libro septimo significasse aliud creditur: ubi in Alcinoi domo Vlyssem sedisse ad focum dicit. In Vestam igit̃ hoc est larem & focum Helenam tanto in periculo confugisse: non absurde dici posse uidetur: capta iam a græcis arce: hic. n. locus unus erat: in quo iure tam a Troianis ipsis tuta esse: q̃ græcis posset: unde & tacitam illam poeta morem ipsum notans dixit: quem plenissime Apolloni9 hisce argonauticon libri quarti uersibus executus est.

„ τῷ δ᾽ ἄνεω καὶ ἄναυδοι ἐφ᾽ ἑστίῃ ἀΐξαντες
„ ἵζομεν, ἥ τε δίκη λυγροῖσ ἱκέτησι τέτυκται. ubi
interpraetes lege sancitum fuisse referunt: ut suppli-
„ ces apud larem sederent taciti: & sedentem: unde il-
„ lud. Atq; aris inuisa sedebat: quibus uerbis Aeneę ipsius excusatio quaesita uideri potest: de Helena inter aras & focos quidem: at quibus tamen inuisa illa eẽt interficienda cogitantis. Sed haec ego libera opinaturis relinquo. Sit iã uero huius disputationis finis: ne modum.n. quaestionis excesserim uereor: uerũtamen & in re tam inueterata noua omnia sentiẽti: tantam opinionem: tam poenitus insitam tam uetustam ex animis hoĩum euellere conãti: differenda atq; excutienda multa fuerunt: &(quod Seneca inquit) pluribus uerbis opus est: ut quaestionem soluas q̃ ut proponas. τέλοσ.

Bononiae in Aedibus Ioannis Baptistae & Benedicti quondam Hectoris de Faellis Calcographorum acuratissimorum. Anno Domini. M. D. XXVI. Decimo Kal. Martias

REGESTVM OPERIS.

A B C D E F.

Omnes sunt Duerni.

ERRATA QVAE RECOGNITA QVAEstiuncula deprehēdimus hæc sunt. Cartha.iii.uersu .xix. ferebar tametsi: distingue ferebar ! Tametsi. Car.v.uer.xxxiii. secretionis corrige secretioris. Item uer.xxxix. ab huiusmodi. & ab huiusmodi. viii .l. ποιητὸν ἔργον. ποιητῶν ἔργον.ix .i.consyderationem esse: consyderationem & ueri esse. nec nō uer.liii. se neq;. sed neq;.x. xlii.fuerā. fuerat.xi. xi. ὅπα. ὄπα. Similiter uer.xxxiiii.etiam ad: etiam uera ad.xiii. xl.ὀικον.ὄικον.itē ἐμελλον. ἔμελλον. & uersu.lvi.ἐμὴν.ἐμὴν.xiiii. xliiii.ἀχαιον.ἀχαιῶν. Item uersu .lvi. ἀλλ’ὄιον. ἀλλ’ὄιον.xviii. xxxviii. quemquam.quenquam: sed & hæc & huiusmodi cętera (siqua sunt) quiuis modo sit literis tinctus facile per se ipse cognoscet. Siquid uero ad hæc in græcis forte desyderaueris: non tam impræssionbus: q̃ antiquis iisdemq; imperfectis, quos habere tantum potuimus, typis adscribito.

NON SINE PRIVILEGIO.